

ram in iudicio q̄ extra iudiciū/etiā si ip̄m originale priuilegiū
nō appareret/nec etiā haberet/nec sit necesse illud de cetero ali
quatenus exhiberi. Nulli ergo oīno hoīm liceat banc paginā
nostre approbationis/innouatiōis/ z cōstitutionis infringere/
vel ei ausu temerario cōtraire. Si quis aut̄ hoc attēptare pre
sumpserit/indignationē omnipotentis dei/z beatorū Petri et
Pauli ap̄olorum eius se nouerit incurfurū. Datū Auinion. iij.
Moñ Septēbris. Pontificat⁹ nostri Anno quarto.

Priuilegi dñi Johānis pape. xxij. **Q**uod p
moti ī abbates p sedē aplicā nō p̄nt se ab
abbatis cistercij z capituli generalis obe
dientia subtrahere.

Johannes Ep̄us seruus seruorum
dei. Dilecto filio abba
ti monasterij Cisterciēsi Babiloneſi dioc̄. Sa
lutē z aplicam benedictionē. Ad cisterciēſi or
dinē ex quo velut agro pleno cui dñs benedi
xit fraglātia spiritaliū filioꝝ redūdare dino
ſcit̄/suauitatē spirās odoris ecclesie scē dei/spe
cialē gerētes deuotiōis affectū ad ipsi⁹ ordinis
tranq̄llitatē/z pacē gratis desiderijs aspiram⁹. Cū itaq̄ sicut
exhibita nobis p parte tua petitio cōtinebat quidā ex abbati
bus dicti ordinis eo p̄textu q̄ p nos p̄moti fuerūt ad regimīa
quorūdā monasterioꝝ ordinis memorati a debita tua z capi
tuli generalis ipsi⁹ ordinis obediētia se subtrahere moliant̄ cō
tra statuta eiusdē ordinis p sedē aplicā p̄firmata in grauē dis
fensionē z scandalū ordinis memorati. Nos volētes p̄fato or
dini ne q̄d absit p subtractionē h̄mōi in suis mēbris diminu
tionē seu sciffure piculū patiat̄ de oportuno remedio puidere
tuis supplicationib⁹ inclinati auctoritate p̄sentii⁹ declaram⁹/
q̄ nō est intētionis n̄re q̄ dicti p̄moti tali p̄textu se subtrahere

valeant ab obediētia ordinis cōsueta. Nulli ḡ oīno hoīm liceat hanc paginā nostre declarationis infringere/vel ei ausu temerario cōtraire. Si quis autē hoc attēptare p̄sumpserit/ indignationē omnipotētis dei/et beatorū Petri et Pauli ap̄torum eius se nouerit incursum. Datū Auinion. viij. kl. Decembris. Pontificat⁹ nostri Anno quarto.

Eiusdē. **Q**uō nō tenemur ad p̄stationē aliq̄rū collectarū/subsidiorū/exactionū imponēdarū a sede ap̄lica/vel eius legatis/ nisi littere pape de ordine nostro fecerit mentionem.

Johannes **A**p̄s seruus seruorū dei Dilectis filiis abbati cistercij/eiusq̄ coabbatib⁹ et cōuentib⁹ vniuersis cisterciē ordinis. Salutē et ap̄licam benedictionē. Religionis vestre meref honestas vt vos speciali diligētes in dño caritate p̄sequamur gratia sedis ap̄lice et fauore. Sane tenuitatē vestrorū reddituū et p̄uentuū sollicite attēdētes/ac p̄ hoc volentes alicui⁹ releuatiōis solatio vos gaude re ad instar felicitis recordationis Alexandri pape. iij. p̄decessoris nostri vobis auctoritate p̄sentiū indulgem⁹/ vt ad p̄stationē aliquarū collectarū/subsidiorū et aliarū exactionū imponēdarū vobis et domib⁹ vris a sede ap̄lica seu legatis eiusdē/aut ipsoꝝ auctoritate et mādato nō teneamini p̄ litteras ipsi⁹ sedis seu legatoꝝ ei⁹ que plenā et exp̄ssam de indulgētia hmoi et ordine vestro nō fecerint mentionē/etiā si cōtineat in eisdē litteris q̄ id quod p̄ eas mandaf fiat aliqua indulgētia nō obstante. Nos em̄ excōis/suspensionis/et interdicti sentētias si quas occasione p̄dictorū in vos cōmuniter vel aliquos vestrū ab aliquo pmulgari cōtigerit decernim⁹ nō tenere. Nulli ḡ omnino

106

86
hoim liceat hanc paginā nostre ꝑcessionis ⁊ ꝑstitutionis infrin-
gere/vel ei ausu temerario cōtraire. Si quis autē hoc attemp-
tare ꝑsumpserit/indignationē oipotētis dei/ac beatorū Petri
⁊ Pauli apłorū eius se nouerit incurfurū. Datū Auinionē. Id^o
Augusti. Pontificat^o nostri Anno quartodecimo.

Eiusdē. Quia possum⁹ celebrare diuina of-
ficia alta uoce in monasteriis nostris tpe
interdicti generalis /ianuis clausis/ extra
neis nō admissis. Nō obstañ cōstitutioni
bus dñoz bo. viij. ⁊ cle. v. summoꝝ pon-
tificum. ꝛc.

Johannes Ep̄s seruus seruoꝝ dei
Dilectis filijs abbati ci-
stercij/ceterisq; coabbatib⁹ ⁊ vniuersis cōuen-
tibus cisterciēn ordinis. Salutē ⁊ ap̄licam be-
nedictionē. Inter ceteros regulariū ordinum
ꝑfessores in dei ecclesia militātes illud ordini
uestro ⁊ uobis ad spirituales laudes ascribit/
quod ꝑter alia ꝑ que uirtutū dño gratū impē-
ditis holocaustū libenter uoces uestras cū reuerentia ⁊ deuo-
tione debitis in diuinis celebrādis officijs exaltatis/ sperātes
ꝑ hec uocum uestrarū organa uelut incēssiones gratas ipsi do-
mino placitura. Exhibita siquidē nobis uestra petitio conti-
nebat quod cū generaliter monasteria ⁊ loca uestra sint in de-
sertis locis ⁊ solitudinarijs/ac a cetibus hominū segregata/ut
possitis liberius uacare diuinis/ ⁊ per exaltationē uocum ⁊ iu-
bilum cordiū deuotū impendere domino famulatū cū diuino
rum officioꝝ cultus ad maius nrm cedat solamen/ac maio-
rem refectionē uestris pariat animab⁹/nec uoces uestre audi-
ri possint ab alijs in nemoribus ⁊ desertis emisse. Nonnulli ro-

mani pontifices predecessores nostri pmissis in specialem con-
siderationē adductis vobis et eidem ordini p specialia priuile-
gia indulserunt/vt tēpore generalis interdicti liceret vobis in
monasterijs et locis vestris/interdictis et excōmunicatis exclu-
sis/alta voce diuina officia celebrare. **Q**um autē per quasdam
cōstitutiones post dicta indulta a felicitis recordationis **Bonifatio. viij. et Clemēte. v.** Romanū pontificib⁹ pdecessoribus no-
stris editas huiusmodi puilegijs deroget/et ppter hoc oportet
at vos in monasterijs vestris tēpore interdicti prefati diuino-
rū suspendere organa/et ab exaltatione vocū et iubilationibus
in diuinis decārandis laudibus abstinere/ idēq sicut asseritis
magnā vob turbationē adducat/et nōnulli iuuenes dicti ordi-
nis efficiant exinde circa diuina officia desides et remissi. **N**o-
bis hūiliter supplicastis vt puidere vobis sup hoc p cōsolatio-
ne vestra de benignitate aplica dignaremur. **N**os igit ob spi-
ritualiū virtutū studia quib⁹ feruenter insistitis votis vestris
que sperandū est ex deuotiōis fonte pcedere fauorabiliter an-
nuētes/vris in hac parte supplicationib⁹ inclinati/auctoritate
vobis p̄sentiū indulgem⁹/vt p̄stitutionib⁹ eorū dē **Bonifatio et**
Clemētis/seu qualibet alia sup hoc in p̄trariū editis/nequaquē
obstantib⁹ liceat vobis in vestris monasterijs taliter segregat-
tis tēpore generalis interdicti/ianuis clausis et extraneis aliq-
bus non admissis/alta voce diuina officia celebrare/dūmodo
vos causam nō dederitis interdicto. **N**ulli ergo oīno hominū
liceat hanc paginā nostre cōcessionis infringere/vel ei ausu te-
merario cōtraire. **S**i quis autē hoc attemptare p̄sumpserit/in-
dignationē omnipotētis dei/ac beatorū **Petri et Pauli** aplo-
rū eius se nouerit incursum. **D**atū **Quinio. kl. Martij. Pon-**
tificatus nostri Anno decimo.

Qm

Eiuscū. Quō habemus. xx. dies indulgē-
tiarū dicendo ad quamlibet missam p̄s.
Letatus sum. zc.

Johannes Ep̄s seruus seruorū dei. Dilectis filiis cisterciensium et alijs abbatibus ac diffinitoribus generalis capituli cisterciensium ordinis prime celebrandi. Salutē et aplicā benedictionē. Pro statu totius ecclesie corporis mystici qui procurantibus hoste pacis eiusque membris turbatur sepius/sicut et in presentiarum turbari noscitur ad caput eius quod christus est/cui turbationibus huiusmodi finē dandi subest posse cum voluerit recurrētes/quasdam speciales orationes in missarum solēnijs fieri de consilio fratrum nostrorum indulgentia pro nos certa concessa super hoc ordinavimus. put plenius continetur in litteris nostris inde cōfectis/quarum tenor sequitur sub hac forma. **Johannes** Ep̄s seruus seruorum dei. Ad perpetuam rei memoriam/discipulorum christi gesta nos instruit/vt in pelago huius mundi pcella surgente ad divinum pfugium recurrere debeamus/illi quidem commotione maris adeo grādi facta ut fluctus naviculam quam iesum sequentes intraverant operiret ipsum dormientem vocibus excitaret supplicibus et adversus ingruentis tempestatis impetus salutis presidium postularunt. Cum itaque catholicam ecclesiam que congregationem fidelium comprehendit/videamus/quod dolentes referamus/pacis emuli zizaniarumque satoris malicia procurante discordiarum flatibus concitata/earumque fluctus adeo elevatos/quod quasi operiunt ipsam totam/hereticos insuper ecclesiam ipsam cernimus/ac scismaticos impugnare ferociter/ac ut incōsutile domini tunicam scindant multipliciter laborare/cum fratribus nostris deliberatione prehabita diligenti expediens imo necessarium potius extimamus/vt ad illum qui ad dexteram patris residet in excelsis/qui caput est congregationis eiusdem/cuique preter omnia in celo que in terra noscitur tradita/eique venti ac maria obsecundant/levemur cum manibus corda nostra/ipsaque devotius pulsantes precibus apud eum sedulis orationibus insistamus/vt insurgentes premissis fremitus tempestatis que quasi universorum christicolarum regna percutit/servos in dominos fidelitatis violato federe erigit/hereticis/scismaticis et rebellibus ecclesie sancte dei insurgendi contra ipsam/eiusque iura usurpandi insania damnabili ausum pandit/flatum cessare fluctusque predictos descendere sua faciat

89
omnipotēti virtute/cordaꝝ hereticoꝝ scismaticoꝝ alioꝝq; re-
bellū ad dei ⁊ ecclesie unitatē ⁊ deuotionē inclinet ⁊ habilitet/
vel si forsan in pmissis p̄tinaciter intēdāt p̄sistere ipsoꝝ elidat
superbiā/eoꝝq; obstinatā maliciā sue virtute dextere cōterat
⁊ p̄sternat/corda quoꝝ subditoꝝ ad eoꝝū supiores/ac ipsoꝝū
superioꝝū cōuertat ad subditos/ipsosq; dissidētes in cōcordie
unitate cōciliet ⁊ cōfirmet/sicq; det ipsis superiorib⁹ p̄sistere q̄
sic regant vt dirigant/eoꝝūq; regimē cedat subditis ad salutē
p̄petuā quietē ⁊ pacem/nobisq; ip̄e cui⁹ p̄uidētia in sui dis-
positione nō fallitur modos/⁊ vias aperiat p̄ quos hec vt in
votis gerimus efficaciter p̄mouere possim⁹. Et qz in missarū
solēnijs ad deū cōsuerunt preces effundi deuoti⁹/de eoꝝūdem
fratrū cōsilio ordinam⁹ q̄ in singulis missarū celebrationibus
post dictū a celebrāte pater noster responsioneꝝ secuta anteq̄
in missa vlteri⁹ p̄cedat. Illud canticū/Letat⁹ sum in his que
dicta sunt mihi/totū cū Gloria patri/a religiosis/clericis ⁊ alijs
litteratis p̄sentib⁹ cū deuotione dicat. Et post dicant Kyriel.
Christeleyson Kyriel. et Pater noster. Et post isti d̄fici sub-
sequatur. Dñe saluos fac reges. Exaudi nos in die qua inuo-
cauerim⁹ te. Saluū fac pplm tuū ⁊ benedic hereditati tue. Re-
ge eos ⁊ extolle eos in eternū. Fiat pax in virtute tua. Et abū-
dantia in turrib⁹ tuis. Dñe exaudi orationē meam. Et clamor
meus ad te veniat. Dñs vobiscū. Et cū spiritu tuo. Oratiōes
vero. Ecclesie tue q̄sumus dñe p̄ces benignus admitte/vt de-
structis aduersitatib⁹ ⁊ errorib⁹ vniuersis secura tibi seruat li-
bertate. Et illā/Hostiū nostroꝝ quesum⁹ dñe elide superbiam
eoꝝūq; cōtumaciā dextere tue virtute p̄sternē. Per christū do-
minū nostrū/dicat celebrās cōsequenter. Nos em̄ christifide-
les ad exequendū supradicta p̄mitius donis volētes spiritua-
lib⁹ animare oibus vere penitentib⁹ ⁊ cōfessis/tam ipsis cele-
brantib⁹ ⁊ eis assistentib⁹ obseruātibus supradicta/q̄ alijs p̄-
ces tūc deo deuotas fundētib⁹ p̄ p̄missis diebus ⁊ missis sin-
gulis quib⁹ hec fecerint viginti dies de omnipotētis dei mise-
ricordia/⁊ brōꝝ Petri ⁊ Pauli aploꝝ eius auctoritate confisi
de inuicis sibi penitētijs relaxam⁹. Datum Auinion. xij. kl.

Julij. Pontificat' nostri Anno. xij. Et aut tam utiles tamq[ue]
necessarie preces huiusmodi locū exauditiōis votiue facili' et
vberius multiplicatis intercessoribus obtineant apud deū di-
scretionē vestrā monem' / hortamur et rogam' attēte vobis in
remissionē peccaminū / nihilomin' iniūgētes quaten' p[re]sentā
in eisdē litteris p[ro] vos et fratres eiusdē ordinis in vestris sermo-
nibus / tā in ecclesijs et locis vestris q̄ alibi vbi vos vel ipos p[ro]
ponere p[ro]gerit verbū dei eis nihilomin' expositis vt meli' in-
telligātur ab oibus in vulgari sollēniter publicātes / oratiōes
easde in missis quas vos et eosdē fratres celebrare cōtinget de
cetero circūstantib' clero et ipso deuoteq[ue] similiter orantib' sic
solerter et fideliter iuxta p[re]dictarū litterarū continētiā faciatis /
q[ue] vos et ipsi p[re]dictā indulgentiā valeatis cōsequi / et alia retri-
butionis eterne p[re]mia p[ro]mereri. Datū Auinionē. kl. Julij. Pon-
tificatus nostri Anno. xij.

Tabula sup bulla reformationis dñi Be- nedicti pape. xij.

- C**a. primū. Excellens cōmendatio ordinis cisterciē / maxime
quantū ad vitā contēplatiuam.
- C**a. secundū. Q[uo]d quilibet cōuent' ordinis habeat p[ro]p[ri]ū sigillū
- C**a. tertiuū. De forma iuramēti p[ro] quēlibet abbatē p[ro]uisq[ue] admi-
nistratiōni se imisceat ad sancta dei euāgelia p[re]standi.
- C**a. quartū. De mō alienādi res imobiles / v[el] iura aut diminu-
endi p[er]sones / vel census / et vendēdi arbores siluarū ceduarū.
- C**a. quintū. Q[uo]d pecunia rei vendite nō cōuertatur ad aliquos
vsus / nisi ad acquisitionē vel debitorū solutionem / et quō sub
quattuor seraturis seruari debet.
- C**a. sextū. De cōcessionib' et locationibus iurū et redditū nō
faciendis vltra quinquēniū.
- C**a. septimū. Quō possessiones parue et steriles possunt dari
sub annuo censu pecuniario.
- C**a. octauū. De forma p[ro] quā mutui cōtrahi / et nō cōtrahi p[ot]t[est]